

Psalmus responsorius

Ps 23, 1-2. 3-4ab. 5-6 (R̄.: cf. 6)

R̄. Hæc est generatio quærentium faciẽm tuam, Dõmine.

¹ Dõmini est terra et plenitudo eius,
orbis terrarum et qui habitant in eo.

² Quia ipse super maria fundavit eum
et super flumina firmavit eum. R̄.

³ Quis ascendet in montem Dõmini,
aut quis stabit in loco sancto eius?

⁴ Innocens manibus et mundo corde,
qui non levavit ad vana animam suam. R̄.

⁵ Hic accipiet benedictionem a Dõmino
et iustificationem a Deo salutari suo.

⁶ Hæc est generatio quærentium eum,
quærentium faciẽm Dei Iacob. R̄.